

S. G. B. T. B.

1661

26. A.h

Min / A

T. q. 259.



COLLEGII TERTII
In Augustanam Confessionem
DISPUTATIO XX.

continens

ANTIOESEIN ARTICVLI VII.

De Ecclesia,

Et in specie,

Detribus argumentis nostris po-
sterioribus à Becano examinatis: quibus pro-
batur Ecclesiam errare posse:

Proposita.

In Electorali Academia VVittebergensi,

P R A E S I D E

JACOBO MARTINI S.S.Th.

Doct. & Profess. Publ. Primario, Facult. Theol.

Seniore, ac Templi Arcis Præposito,

R E S P O N D E N T E

JACOBO STEGIO Straupizensi Lusato.

In Auditorio Collegii Veteris

Addiēm Sept.

WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.

ANNO M DC XXX.



COLLEGE ETATI
IN AUGUSTISAN CONVENTUM

DIES VENATIONIS XX.

CONFUSIONE

ARTICULIS VITÆM AN

DE HOC ESTATE

DE HOC ESTATE

DE HOC ESTATE

DECUPINGA ET HOC ESTATE

DECUPINGA ET HOC ESTATE

DECUPINGA ET HOC ESTATE

IN ELEGORIAS ACADEMIS VV. IDE PELLETTI

BARAEZIBAE

170030 MARTINI 2.2. TH.

LOG. 801.101.1. P. 1. B. 1. M. 1. C. T. 1. O. 1.

SUGYONE. AC. F. O. L. Y. W. R. C. S. H. I. D. O. N. G. O.

REASONABLE

170030 STEGIO S. L. D. D. R. Y. L. H. T. O.

IN MATHIAS COLESI. V. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

170030

170030 MATHIAS COLESI. V. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

170030 M. DE XXX

D. O. M. A.

Continuatio.

Actenus ergo vidimus, quomodo contra primum argumentum nostrorum Theologorum, desumtum à statu Ecclesiae Veteris Testamenti, disputaverit Becanus, nempe quod oleum & operam perdidit, nihilque contraria tam manifestam veritatem efficerit. Sequuntur nunc tria posteriora, de quibus hac disputatione agemus, & quæ contra illa excipiat Jesuita, breviter examinabimus.

THEISIS I.

Secundum ergo argumentum nostratum ita proponit Becanus § 48. Secundo, inquit, sic objicium: Ecclesia deficiet à fide tempore Antichristi, ut prædixit Apostolus 2. Thess. 2. v. 3. Nisi venerit discessio primum, (id est defectio à fide, & revelatus fuerit homo peccati, id est, Antichristus. At jam pridem revelatus est Antichristus, quem constat esse Pontificem Romanum. E. Jam pridem Ecclesia defecit à fide. Respondeo. Minor apertè falsa est. Major dupliciter potest intelligi. Primo de defectione omnium fidelium. Secundo de defectione aliorum. Priori modo falsa est, non solum ex nostra, sed etiam adversariorum sententia. Nam ipsi dicunt Antichristum jam venisse, & tamen negant omnes fideles defecisse à fide; alioquin faterentur, se quoque defecisse, cum & ipsi suo iudicio, fideles sint. Posteriori modo vera est, quia aliqui fideles deficient à fide, tempore Antichristi, quod tamen mirum non est. Nam à tempore Apostolo-

rum singulis et atibus alii qui defecerunt, ut Nicolaitæ, Marcionistæ,
Novaziani, Arriani, Donatistæ, Pelagiani, Severiani, Iconomachi, Ca-
tbari, Waldenses, & plures alii.

II. Respondeo i. Non puto ullum Lutheranorum
ita argumentari, ut hic fingitur à Jesuita, licet allegato loco
Pauli ostendere soleamus, in Ecclesia publicam horrendam
que defectionem fieri posse. Est enim in Græco vox ἀποστολίας
sive defectionis, qua defectionem à fide notari dubium non
est; quandoquidem id dictionis Grecæ significatio plane declarat. Estenim ἀποστολία à fide in Christum, puritateque in-
stitutionis Evangelicæ perfida recessio, & ad impium cultum
declinatio, juxta hominum commenta. Ut etiam idem haud
obscure arguit contextus, docens quod ἀποστολία illa sit in-
gens seductio Antichristi, sub cuius regno à fide Christiana in-
numerabiles copiæ & myriades hūc minū sint defecturæ. Nam
cum ἀποστολία sine adjunctione nomineatur, non potest restrin-
giad paucos. Quia ergo non alii possint intelligi apostatae,
quam qui prius nomen Christo & Evangelio dederunt, pater,
Paulum prædicere generalem quandam visibilis Ecclesiæ de-
fectionem, quæ longè lateque in majori hominum multitu-
dine grassatura sit.

III. Manifestum id queq; est ex loco parallelo i. Timor.
4, ubi Apostolus de eodem plane regno & seductione Anti-
Christi differens: *Spiritus inquit, certi loquitur quod in posterio-
ribus temporibus ἀποστολας* deficiunt *A FIDE, & doctrinam*
Dæmonorum proponent, de conjugio & cibis: quam in papatu re-
gnasse, & etiamnum regnare videmus.

IV. Præterea videtur Apostolus respicere ad duas illas
Christi prophetias. Alteram, qua prædictit, Evangelium re-
gni prædicandum esse in universa terra, in testimonium o-
mnibus gentibus, *Math. 24. v. 14.* Alteram, qua prædictit se in
adventu suo vix inventurum fidem, *Luc. 18. v. 8.* ut etiam hoc
referendum est vaticinium Johannis *Apoc. 17.*

V. Et licet defecatio ista quodam modo ac ratione re-
ferri queat ad Arrianismum, qui olim totum Orientem oc-
cupa.

cupavit, ut & Mahometismum: potissimum tamē ad Antichristum pertinere, inde certe constat, quod Paulus istam ipsam apostasiam, & Antichristum dicat regnaturum esse in medio Ecclesiæ & Templi Dei, 2. Thess. 2. v. 4. Mahometismus verò sit propalam extra Ecclesiam.

VI. Hæc pròpterea paulò accuratiùs explicare, & evolvere debuimus, quod sex & grec Jesuitarum, in mō & hoc loco ipse Beccamus, quo vulnera meretricis magnæ sanarent, carneumque suum idolum ab Antichristi suspicione liberarent, commenti sint aliam hujus ἀποστολας in e' p̄ietatis nem, nempe significari per illam secessionem popularem à Romano Imperio, & hanc securum ejusdem excidium & totalem dissolutionem.

VII. Hac hypothesi sic constituta ac ficta, superstruunt accolligunt, manipulares illi ac servi Antichristi, Antichristum nondum venisse, cum vi hujus oraculi Apostolici demum post excidium Romani Imperii venire debeat; illud verò haud dum dissolutum aut excisum sit. Hanc ergo collectionem & argumentationem falsa niti hypothesi, ex nostra dicti Apostolici resolutione & explicatione est manifestissimum.

VIII. Cui etiam hoc addamus; Quod vox apostasie secundum subjectam materiam sit intelligenda. Quia igitur nulla in toto hoc contextu Apostolico, neque in antecedentibus, neque in consequentibus versibus & periodis, Romani Imperii explicata sit mentio; sed tantum de rebus Theologis, & nequaquam de Politicis tractatur; quā quæ so conscientia ejusmodi glossam assuere poterunt Jesuitæ Apostolo Paulo, quam neque vis vocis absolute posita (Nam apostasia quando absolute posita reperitur, nunquam regni alicujus exterpi ruinam aut dissolutionem significat, sed secessum à fide) per se reddit, neque subjecta materia largitur, neque præcedentium & consequentium contextus admittit, neque rei, de qua ex professo pertractatur, qualitas ei suffragatur?

IX. Quibus ita explicatis, sic argumentamur: Quo tempore

pore horrenda & præteritis temporibus in Ecclesia nunquam audi-
ta fiet à fide defectio; eo tempore publicum ministerium, quo ad quam-
plurimos fidei articulos deficiet. At qui juxta Apostolum Paulum,
tempore Antichristi erit ejusmodi horronda defectio; Ergo juxta A-
postolum Paulum, tempore Antichristi publicum ministerium, quo ad
quamplurimos fidei articulos deficiet. Majoris connexio proba-
tur; nam alijs non posset esse, vel dici tam horronda defectio
à fide, qualis haec tenus in Ecclesia non fuit audita: oportet e-
pim ut sit omnium maxima, tum autem omnium maxima est,
quando non tantum auditores, sed ipsum quoque publicum mi-
nisterium à fide deficit.

X. Quid autem ad hoc Beccanus? Circa rem vagatur,
ad rem nihil responderet. Non intelligi, inquit, omnium fidelium
defectionem. Sed quis Lætheranorum hoc dixit unquam? quip-
pe qui semper electos & verè fideles excipiunt, neq; statuunt
ad ejusmodi defectionem adserendam & demonstrandam re-
quiri, ut evincatur & ostendatur publicum ministerium in o-
mnibus fidei articulis deficere, (tum enim planè non esset Ec-
clesia, neque orthodoxa, neque hæretica, sive falsa, sed cœtus
paganus, qui extra Ecclesiam, suam idolomaniam ac falsum
cultum exerceat, ut est Synagoga Judaica, Turcica &c.) sed
sufficere dicunt, si evidenter probetur, id fieri in bene multis.
Intelligunt ergo & urgent, deflectionem non levem & quo-
rundam, sed gravem, maximam & plurimorum, ita ut paucissi-
mi sint permansuti in vera fide, qui ob paucitatem nimiam
à cætero corrupto cœtu magno, dignosci & distingui non
possint.

XI. Omnia ergo ut certò statuimus ac affirmamus,
Antichristum venisse; sic contrâ constanter negamus, illius ty-
rannidem tam potentem esse, ut ad deflectionem & veritatis
abnegationem verè fideles & electos cogere valeat: Idque
non propterea (ut injuriosè nobis objicit Beccanus) ut nos à nu-
mero deficientium excipiamus; sed quia Spiritus Sanctus hoc
unicum hac in quæstione, & nihil aliud præter hoc, ut creda-
mus, statuamus & profiteamur, in manifesta scriptura, incul-
cer, mandet & requirat.

12. Tan-



XII. Tandem contra nos non disputat Beccanus, sed potius nostram sententiam confirmat, quando plenis buccis concedit, singulis ætatibus à tempore Apostolorum aliquos defecisse, ut Nicolaitas, Marcionitas, Arrianos, Donatistas, Pelagianos &c. & concludit tandem: *Et plurimi alii.* Nam licet facum facere velit sophista voce *Aliqui*: quæ persuadere satagit, non integras Ecclesias, sed tantum aliquos ex illis defecisse: nunquam tamen id nobis persuadebit. Centies diximus, nostram sententiam non esse, totam Catholicam Ecclesiam aliquando defecisse, vel etiam deficere posse; sed de particulari quoque Ecclesia, & quatenus visibilis est. Quis negabit Arrianam Ecclesiam, fuisse integrum vel totam Ecclesianum, licet facta ratione Catholicæ particularis) occupabat enim totum Orientem. Quales etiam fuerint Donatistarum & Pelagianorum Ecclesiae, ex Augustino & aliis patribus notum est; nihil dico de ceteris. Hoc ergo nobis quando concedit Beccanus, habemus quod volumus, nempe Ecclesiam, ut particularis & visibilis est, errare posse, & deficere à fide: Et inde inferimus: Quia papana Romana Ecclesia est particularis & visibilis, utique etiam ipsam errare, ac à fide deficere posse; imo defecisse.

XIII. Pergit Beccanus §. 49. *An vero Apostolus*, qui adducitur ad probationem majoris, loquatur de defectione à fide, certum non est. Multi purant illum loqui de defectione ab Imperio Romano, ut Hieron. Epist. 15. ad Algasiam quæst. 11. Nisi, inquit, venerit discessio primum, quod Græcè dicitur apostasia, ut omnes gentes, quæ Romano Imperio subjacent, redeant ab eo. Et nisi Romanum imperium antea fuerit desolatum, & Antichristus præcesserit, Christus non veniet, qui ideo venturus est, ut Antichristum distringat. Idem sentiunt Tertullian. lib. de Resurrect. carn. cap. 24. & multi in commentario illius loci. Sed quicquid sit de sensu verborum Apostoli, certum est, non totam Ecclesiam, sed aliquos de Ecclesia defecturos à fide tempore Antichristi, quod non est contra nos.

XIV. Respondemus primum. Patrum autoritatem nihil derogare authoritati Sacrae Scripturae. Nos ex ipso con-

textu

textu sacro evidentissimè demonstravimus ; nequaquam agere Apostolum de defectione politica à Romano Imperio, sed publicè intimare spiritualem defectionem à fide. Deinde res ipsa & manifesta experientia interpretationem istam, solidè & evidenter refutat. Nam Antichristum & venisse, & publicè revelatum & declaratum esse Pontificem Romanum, qui non videt, nihil videt, & per nos, si aliter fieri nequit, cœcus maneat, & nūquam oculos aperiat; licet ex animo meliorem ipsi mentem precemur.

XV. Deinde quod in specie attinet Hieronymum, is in commentario suo locum hunc non simpliciter interpretatur de discessione gentilium à Regno Romano, sed hæc sunt ejus verba : *Quod discessionem hic dicit, alibi refugam appellavit. In Latinis Exemplaribus utrumque ita intelligendum est, quod nisi venerit refuga VERITATIS, sive sui principatus desertor, si ve discessio gentilium à Regno Romano.* Et licet loco allegato mihi p. 58. dicat Tertullianus. Statum Romanum indigitari ab Apostolo: intelligenda tamen ejus verba sunt, ut & cæterorum patrum tantum, de quadam Romani Imperii debilitatione, quam ante mundi finem fieri oporteat, quam etiam nos Lutherani vaticiniis Danielis instituti credimus, & experientiæ testimonio edocti coram aspicimus. Non ergo (ut Pontificii volunt,) de destructione totali: ac si hæc Pauli esset sententia, oportere monarchiam Romanam destrui prius, & exscindi prorsus, antequam totus ille defectus, Antichristus veniat. Absit, ut hoc statuat Tertullianus vel ullus orthodoxorum patrum. Quandoquidem hoc fabuloso commento sacra sancta authoritas oraculorum Danielis labefactatur, ac convellitur, quippe qui luculentissimè restatur, quartam Monarchiam (quæ Romana est) quantumvis in extremo vix luteis stantem pedibus & vehementer debilitatem; ducaturam tamen esse usque ad finem mundi, nec ullius Regis terreni armis penitus subvertendam i.e. exscindendam, donec lapis ille grandis, avulsus à monte, universa hujus mundi regna comminuat, & in nihilum redigat, quod die Domini novissimo futurum nemo dubitat.

16.Ve-



XVI. Verumtenimvero, si veritatem loqui velimus,
neque debilitatio ista, neque hæc totalis destrutio Romani
Imperii, quiequam faciunt ad præsentem apostasie vocem:
cum de Romano Imperio nulla planè hic injiciatur mentio,
uti ex argumentis antea allatis est manifestum, & ipse textus
manifestus contrarium testatur.

XVII. Tandem quod dicit Bécanus; Non totam Eccle-
siam, sed aliquos de Ecclesia defecturos à fide tempore Antichristi,
committit rursus fraudem in vobis Aliquos & Totam. Nam
neque nostra est sententia, ita totam posse doleri Ecclesiam
Domini, ut nulla omnino neque invisibilia membra, reman-
sura sint; interim totam posse tolli quoad puritatem visibi-
lem. Quod vero quando siet, non quidam, quasi pauci, defi-
cient, sed adeò multi, ut quoad externam faciem tota defec-
tisse videatur. Atque talem fore statum Ecclesiæ, sub tyranni-
de Antichristi, prædicti hic Scriptura sacra: quod omnino est
contra Jesuitas.

XVIII. Tertiam porro objectionem suo modo ac
more, hoc est Sophistico, proponit & resolvit Bécanus §. 50.
Tertiò, inquit, objiciunt illud Rom. 9. v. 27. Deficiet hostia & sacrificium: quod interpretantur de defectione Ecclesiæ. Respondeo. Ex-
tant clarissima testimonia in contrarium, qua hactenus citata sunt;
cur unum illud ex Daniele, quod obscurum est, his omnibus antepo-
nunt? Nimirum in hac re imitantur Donatistas, qui ut ostenderent
Ecclesiæ in sola Africa remansisse, citabant illud Cant. 1. v. 6. Indi-
ca mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Unde sic ratiocinabantur.
Ecclesiæ cubat in meridie; sed Africa est in meridie, ergo Ecclesiæ
cubat in Africa, extra Africam ergo non est. Quos refellit Augusti-
nus, in lib. de Unit. Eccles. cap. 16. hoc potissimum arguento. Mul-
ta sunt clara scripturae testimonia, qua docent Ecclesiæ toto orbe
diffusam esse. Ergo male faciunt Donatista, cum ex uno obscurorū
testimoniis conantur probare, Ecclesiæ esse in sola Africa.

XIX. Nugæ sunt Jesuiticæ. Quis est ex nostris, qui
hunc Danielis locum pro hac questione probanda allegat?
Nullus & Nemo, Jesuita, mordet se in sacco. Probè sci-

mus Lutherani, prophetam ibi agere de sacrificiis Leviticis, quæ in desolatione & excidio urbis Hierosolymitanæ, cestatura affirmat. Id quod etiam ex verbis Christi *Matth. 24. v. 15.* colligimus. Mirum est (argutè inquit D. Meifartus) quod non fingit, nos allegare verba *Gen. 47. v. 15.* cum defecisset emptoribus pecunia, *Jos. 5. v. 12* d. fecit Man in crastino, dum comedissent de fructu terræ, i. *Sam. 9. v. 7.* panis defecit in vasis nostris. Hoc modo, si modo voluisset Becanus, ingens profecto mentiendi spacium habuisset.

XXII. Quæ de Donatistis subiicit, supra sufficienter refutata sunt. Quare rursus verbis Dn. Meifarti utentes; Jesuitam cum monachis suis ad Africanos abire jubemus, apud Lutheranos non inveniet hospitium.

XXI. Interim silentio involvere non possumus, quod Becanus Donatistas introducens hunc in modum argumentetur: *Ecclesia cubat in meridie; sed Africa est in meridie; ergo Ecclesia cubat in Africa: extra Africam ergo non est.* Mirum! tam argutum ac difficile Becano hoc videtur argumentum, ut ipse respondere non audeat, sed optimum maximum Patrem, Augustinum, substituat.

XXII. Profecto mei discipuli, quibus olim Logicam profitebar, illud rudentis asini voce indignum judicassent, quippe qui longè melius de facco, decidente è tergo suo, discurreret, quam Becanus Donatistas argumentantes introducat, & (quod in tanto Doctore magistroque Synagoge Pontificiæ mirandum) crassissima vitia & *aviliosas turpissimam* & ferulis dignam, non animadvertis. Quæ an commissa sint à Donatistis, vel ipso Becano, indocte ipsorum rationes resolvente, ipsi Jesuitæ viderint.

XXIII. Nos vitiosissimam illam argumentandi formam esse demonstramus. Primum enim est syllogismus in secunda figura dispositus, sed ex propositionibus pure affirmantibus; quod est contra naturam syllogismorum secundæ figuræ. Deinde laborat virtus quatuor terminorum: Aliud enim est *cubare in Africa*, & aliud, *esse in Africa*; Hoc enim tantum.

tum existentiam dicit, illad cum existentia conjungit existendi modum, nempe cubationis; non enim idem sunt esse in hypocusto, & cubare in hypocusto, cum quis in illo esse possit, licet in illo non cubet; Ad summum, non statim qui alicubi est, ibi cubat. Tertiò non rectè inferitur conclusio. Primum enim ambiguum & adhuc in dubio, an inferri debeat Ecclesia cubat in Africa: an, Ecclesia est in Africa: quæ verò sunt distinctionissima. Nam posset esse Ecclesia in Africa, si in illa migraret, licet non ibi haberet fixam sedem & sic cubaret; quod verò pro Donatistis nihil ficeret. Deinde conclusio illa posita non directè inferitur ex præmissis. Necessum enim est, ut minor terminus sit subjectum, & major prædicatum; In Becani autem illata conclusione sit contrarium, nempe subjectum ejus est major, & minor est prædicatum. Quare hæc deberet inferri conclusio Ergo in Africa cubat Ecclesia, vel Africa est, in qua cubat Ecclesia.

XXIV. Quid? Quod hæc conclusio ex præmissis nullo modo inferri possit. Nam illud cubat, conclusionem ingredi nequit. Sic argumentor: Omne, quod legitiimè ingreditur conclusionem, illud est major vel minor, vel alterutrius pars; Atqui illud cubat, neque est major, neque minor terminus, neque alterutrius pars; Ergo illud cubat, non legitimè ingreditur conclusionem; Et per consequens, nullo modo ex datis præmissis, hæc conclusio inferatur: Ecclesia cubat in Africa, vel: Africa est, in qua cubat Ecclesia. Majore est certa ex Logicis. Minorem probamus, supponendo illud cubat, non esse ipsum majorem vel minorem terminum, quod per se manifestum; neq; verò pars est, est enim pars prædicati, inquit potior pars, ipsum nimirum verbum, quod postmodum determinatur addito illo; in meridie. At prædicatum majoris, ut & minoris & omnia, quæ ad illud pertinent, sunt & constituunt medium terminum, quem neque secundum totum, neq; secundum partem conclusiōnem ingredi posse, sciunt tyrones Logici.

XXV. Verum nullus dubito affirmare, Donatistas, syllogismum tot vitiis scatentem; nunquam somniasse, ne-

B 2 dum

dum formasse; scop' enim dissolutæ sunt; nihil minus quā syllogismus. Ut ut autem sit, sive Beccano sive Donatistis vitia ista tribuamus, nihil ad nos. Hoc tantum sciatur Jesuita, tam crassam ruditatem & ignorantiam in argumentis Lutheranorum, ipsum nonquam monstraturum.

XXVI. Pergit Beccanus, & §. si. allegat ipsa verba Augustini: Verba Augustini sunt hæc, inquit; scrutamini scripturas canonicas, & eruice ab: quid manifestum, quo demonstratis Ecclesiam in sola Africa remansisse &c. Aliquid proferte quod non egeat interprete, nec unde convincamini, quod de alia re dictum sit; & vos illud ad vestrum sensum detorquere consernit. Videlicet enim nunc illud unicum, quod p: oferre confuevistis, ubi pascis, ibi cubas in meridie, quantum excusis omnibus ejusdem loci verbis, longè aliud indicat, quam vos putatis. Et, si hoc sonaret quod vultis, Maximianisti vos in eo vincerent. Magis enim meridies provincia Byzantium Tripolis, ubi illi sunt, quam Numidia, ubi vos præpolletis. Ita ergo ipsi possunt germanius & distinctius gloriantur de meridie, ut eos excludere ab hac sententiā non possitis, nisi in illis verum sensum & Catholicum teneatis. Aliquid ergo proferte, quod non contravos verius interpretetur, sed quod interpretetur omnino non egeat. Sicut non eger interpretetur: Terra tua orbis terrarum &c. Sicut non eger interpretetur: convertentur ad Dominum universi fines terra, & sicut non eger interpretetur: Eritis mibites in Ierusalem, & in tota Iudea & Samaria, & usque in totam terram &c.

XXVII. Nunquid dixi, ejusmodi syllogismum, ut vitiōsē à Beccano formatus est, ne somniaisse quidem Donatistas? Id enim allegata verba Augustini, quibus sententia & argumentum Donatistarum proponitur, evidenter evincunt; quippe quæ syllogismum non in secunda, sed in prima figura continent ejusmodi: Quæ Ecclesia pascit, & cubat in meridie, illa est in sola Africa; At vera Ecclesia pascit & cubat in meridie; Ergo vera Ecclesia est in sola Africa. Responderet Augustinus dupliciter, i. committi à Donatistis fallaciam phraseos, cum Spiritus S. phrasin illam; pascere & cubare in meridie, non ita intellexerit, ut illam Donatistæ torquent & accipiunt. Deinde respon-

spondet per concessionem phrasos, simulque negat majoris consequentiam, cum Maximianistæ possint germanius & distinctius gloriari de meridie, ut ipsos excludere nequeant Donatistæ. Manent ergo vitia penes Beccanum. Sed ut diximus, hæc nihil ad nos, ut enim in nullo comparari Lutherani possimus cum Donatistis; in multis contrâ Papistæ & Jesuitæ, ut supra evidenter demonstravimus; sic neque locum illum Canticorum i.v. 6. pro hac quæstione allegamus, ut modò quoque diximus.

XXVIII. Pergit Beccanus §. 52. Simili modo refellendi sunt nostri Adversarii, scrutentur scripturas canonicas, & eruant aliquid manifestum, quo demonstrent Ecclesiam à fide defecisse; Aliquid proferant, quod non egeat interprete, sicut non eget interprete, porta inferni non prævalebunt adversus eam: sicut non eget interprete, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem secuti. Sicut non eget interprete: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Sicut non eget interprete: Ecclesia est columna & firmamentum veritatis; & quæ similia sunt. Nam illud quod proferunt ex Daniele: Deficit hostia & sacrificium, nihil ipsis patrocinatur, nisi ipsi sint interpres. Nam alii non interpretamur de defectione Ecclesiae Christianæ, ut ipsis, sed de defectione Synagogæ Judæorum. Ex eo autem quod Synagoga defecerit, non sequitur Ecclesiam quoque defecisse, aut defecturam esse, imò contrarium, ut supra ostendimus.

XXIX. Sed nihil ad rem, oleum & operam perdit Beccanus. Quomodo enim simili modo nos potest refellere, cum simile, ad quod respicit, non sit nostrum, sed à Jesuita fictum. Committit ergo vitium uniusmodi. Retorquo ergo cum Domino Meifarto in ipsos Pontificios: Nempe simili modo illos refellendos esse. Scrutentur scripturas canonicas, non apocryphas, & eruant aliquid & solidum & manifestum, quo demonstrent Ecclesiam Romanam à fide non defecisse. Aliquid proferant, quod non egeat interprete, quod & solidum & perspicuum, neque nitatur aliqua tacita hypothesi maxime dubiâ adhuc, indeque principium petente.

XXX. Dictum illud Matth. 16.v.18. Porta Inferni non

prævalebunt adversus eam, est quidem clarum & perspicuum, nisi glossis papisticis obscuretur ; contra illas autem omnino vera indiget interpretatione : Quod nimur sit promissio de perpetua nullisque seculis interrupenda conservatione Ecclesiæ Catholice, quæ suo fundamento innixa, contra omnem impetum Diabolorum inconcussa persistet ac consistat. Inde autem non licet statim inferre : Ergo Ecclesia Romana non potest deficere à fide vel errare, neutquam. Nam Catholica Ecclesia ut ad nullum locum, sic neque ad urbem Romanam est alligata.

XXX. *Satis clarum quoque est dictum alterum : Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quomodo verò hoc faciet pro Papis Romanis, Antichristis illis, qui non Spiritus Sancti templum, sed cloaca ipsius Diaboli, ac sentina omnis cacodoxias & malorum extiterunt?*

XXXI. *Dictum quoque tertium satis clarum est, quo Christus dicit Luc.22.v.32. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quid verò inde? Num inferendum: Ergo fides Petri nūquam defecit, aut deficere potuit? Sed falsum hoc; abnegavit enim Christum: qui sane error & defectio erat maxima. Docemur ergo inde, mirabilia esse Dei consilia in sanctis suis, atque salutem ipsorum non in eo primariò consistere, ne ipsi cadant, sed ne Dominus ipsos finaliter deserat, & erigere desinat. Christus ergo omnino oravit pro Petro, & citra controversiam impetraverat, non quidem ne Petri fides ullo modo deficeret, sed ne finaliter deficeret, & sic periret. Prævidens enim Dominus lapsum Petri, oravit, ut Pater ipsi gratia sua succurreret, quo resipiseret, & à lapsu resurgeret. Mālē ergo & ἀσύλως argumentatur Papani, ab exauditione precum Christi, ad negationem omnimodi lapsus ac defectus Petri. Hunc enim prævidebat (ut diximus) Christus, cum orabat; quia verò prævisio falli non poterat: id ergo Christus precibus obtinuit, quod oravit, nempe ne in illo lapsu periret, sed resurgeret & servaretur. Quid autem hoc ad Papam Romanum; qui nunquam fuit, neq; erit Petrus, sed potius, ut Antichristus, sic AntiPetrus est.*

33. Sic



XXXIII. Sic quoque perspicua sunt verba Apostoli,
1 Tim. 3. v. 15. Ecclesia est columnæ ac firmamentum veritatis: si ge-
nuinam Pauli sententiam sequamur, & non concedamus, ut
glossis perversis papisticis obscuretur ac pervertatur. Est enim
Ecclesia revera columnæ veritatis, sed quæ extructa sit, non su-
per Papam Romanum, sed super basin sive fundamentum ve-
ritatis Apostolicæ & Propheticæ Ephes. 1. ac inde tanquam è
quodam divino semine per auditum verbi ac fidem enata, &
exurgens: Unde etiam non simpliciter columnæ, sed *columnæ*
veritatis, nempe cœlestis, dicitur, idque ratione confessionis
aut professionis doctrinæ cœlestis, & ratione conservationis
hujus cœlestis depositi. Id quod de Papa Romano, vel Roma-
na Ecclesia intelligi non potest, multo minus (quod Papani
conantur) hinc probari, Papam & Romanam Synagogam er-
rare non posse, quod ipsi sint Ecclesia Christi, eoque immota
veritatis columnæ. Jam modo enim dictum est, qua ratio-
ne ac respectu Ecclesia sic dicatur. Et Thomas ipse hoc loco
Ecclesiam definit, esse totam unitatem fidelium, allegas illud
Rom. 8. Quos uscavit, &c. Uti etiam Cajetanus hoc eodem
loco describit Ecclesiam esse congregationem omnium fide-
lium. Quare omnes pii ac fideles intelliguntur, quos idem
Paulus Philip. 2. v. 16. vocavit luminaria & ceu candelabra, in
mundo lucem aū sermonem veritatis sustentantia, & cæteris
mortalibus ad vitam præferentia: Haud secus ac in Apocalyp-
si quoque Ecclesia pingitur per candelabra, & Christus di-
cit; piros esse lucem, & jubet, ipsos lucere coram hominibus.

XXXIV. Nequaquam ergo hinc inferendum est: Ec-
clesiam esse super scripturam aut verbum Dei, ut blasphemant Pa-
pani: sed contra illam nasci ex verbo, eoque illuminari, & su-
per id extructam ac fundatam esse, & hoc verbum tanquam
unicam lucernam in hac obscura valle umbræ mortis, Petro
teste, sequi debere.

XXXV. Tandem quod spectat verba apud Danielem
cap. 9. v. 27. Deficiet hostia & sacrificium: prædictit illis Angelus
Gabriel solennem & publicam sacerdotii Levitici abrogatio-
nem,

nem, qua testificaturus sit Deus palam omnibus, sibi gentem illam & sacrificia Levitica ingrata esse, cum veram Ecclesiam per prædicationem Evangelii de Christo collectam, verumq; sacrificium & sacrificiorum corpus in eodem Jesu Christo ostendisset.

XXXVI. Quatenus ergo verbis illis, sacerdotii Levitici abrogatio prædictitur, eatenus quidem pro nostra sententia allegari nequeunt. Quatenus vero totius populi Judaici simul defectio à veritate colesti, rejectio & obsecratio significatur, omnino nostra sententia confirmatur, quandoquidem probatur, quod tota Ecclesia visibilis deficere, & à vero Deo se avertere possit; cum id fecerit populus Judaicus, qui populus Dei electus erat, & sic aliquando vera Dei Ecclesia. Quod autem hoc modo à Synagogæ Judaicæ defectione ad defectiōnem Ecclesiæ Christi in Novo Testamento valeat consequētia, supra sufficienter probavimus.

XXXVII. Sequitur nunc quarta & ultima objectio, de qua ita Beccanus §. 53. Quartò, inquit, sic objiciunt: Ecclesia comparatur luna, ut patet ex scriptura & patribus. At luna aliquando deficit; ergo etiam Ecclesia aliquando deficit. Respondeo. Hic iterum apparet, eos, qui hoc objiciunt, degeneres esse filios Ecclesiæ. Habent clara & aperta testimonia pro innocentia & integritate matris suæ, ut jam ostensum est. Cur sine causa querunt occasionem calumniandi? Cur quæ à scriptura & patribus optimo sensu dicta sunt, finistrè interpretantur? Esto sane: Ecclesia fit similitudine luna, sed in quo illi similis est? An in eo quod sicut luna sèpè deficit, sic etiam Ecclesia sèpè deficiat? Hoc dicunt qui oderunt Ecclesiam. In quo ergo? In his potissimum.

XXXVIII. Respondemus, mendacium esse Jesuiticum, nos simili illo uti pro argumento probante vel demonstrante, sed duntaxat adhibere illud ad th̄esim & sententiam nostram declarandam & illustrandam, quo sine etiam nos illud supra adduximus & usurpavimus; quod, quemadmodum lumen in luna modo crescit, modo decrescit; sic quoq; Ecclesia modo quoad externum splendorem ejusque visibiles notas auget;

augeatur, modò diminuatur: Utq; rursus modo luna lumine suo toto splendet & conspicua est; modò omni luce destituitur, & oculos nostros planè fugit; ita Ecclesia sit modo splendida & omnibus conspicua, modò planè obscurata ac invisibilis.

XXXIX. Deinde rursus nugatur Jesuita, quando cōtra nos ita vult cōcludere: *Qui omnīs claris & apertis testimoniis pro innocentia & integritate matris suae, ejusdem allegant infirmitatem; Illi sine causa querunt occasionem calumniandi, proindeque sunt degeneres Ecclesiae filii: Atqui Lutherani id faciunt; ergo sine causa querunt occasionem calumniandi, ac proinde sunt degeneres Ecclesiae filii.*

XL. Respondemus ad Majorem, negando: qui enim illud faciunt, i. non statim omittunt clara & aperta testimonia de Ecclesiae sanctitate & integritate agentia: cum de illis suo loco agere possint, & qualis illa sit declarare. 2. Neq; occasionem querunt calumniandi, sed veritatem divinam publicē confitendi; proindeq; non sunt degeneres matris Ecclesiae, sed obedientes patris cœlestis, filii, qui hanc imbecillitatem agnoscere ac confiteri jubet.

XLI. Deinde negamus quoque Minorem; quandoquidem utrumque facimus, suo loco agentes de sanctitate Ecclesiae, proindeque ejus innocentia ac integritate, allegamus omnino, & nequaquam omittimus, ad illam demonstrandam sacrae scripturæ testimonia: sed ita, ut simul affirmemus, & ex eadem scriptura probemus, illam sanctitatem, innocentiam ac integritatem, non esse inharentem, habitualem & propriam, sed alienam forinsecus applicatam fide & imputatam, nempe ipsius Christi, & illâ sola ipsam Deo placere, formosam & sine macula judicari, & sic gratam esse & acceptam.

XLI. Quia autem, hæc perfectio, ut diximus, aliena & duntaxat imputata est, in se autem Ecclesia omnis generis imbecillitatibus obnoxia; Illas confiteri, non est, ut diximus, de genereis filii erga matrem ingratitudo; sed obedientis

filii erga patrem cœlestem piūm obsequium; qui cum de hac Ecclesiæ defectione toties, & tam vehementer conqueratur, nostrum est, illam pœnitente ac humili corde ulro agnosce-
re & confiteri: Quare de imbecillitate hac agentes & docen-
tes, nequaquam id facimus revelandæ turpitudinis vitio; sed
virtutis, nempe imbecillitatis humanæ attestandæ ac deplo-
randæ studio. Ipsi potius pontifici hoc nomine accusari pos-
sunt ac debent, quod degeneres æterno patri afferenti, adeò
turpiter contradicant. Taceo, si illi sint degeneres, qui Eccle-
siæ, quod desicere possit, tribuunt, utique ipsi met Prophetæ
degeneres filii fuere, quippe qui multoties de Ecclesiæ turpi
defectione concionati sunt, cum forsitan eisdem laudes de-
cantare potuissent. Sane hisce nugis, non Prophetæ tantum,
sed potius ipse Deus impugnatur.

XLI. Tertiò, falsum quoque est, quæ Scriptura &
Patres optimo sensu dixerunt, nos sinistram interpretari, & ca-
lumniandi occasionem querere. Quandoquidem nequa-
quam calumniatur is, qui tum Satanæ potentiam, tum ho-
minum impotentiam deplorat, quod nos Lutherani fa-
cimus.

XLIV. Quartò, negat Beccanus, Ecclesiam similem esse
lunae in eo, quod sicut luna sepe deficit, sic etiam Ecclesiam desiceret;
& addit. hoc afferentes edisse Ecclesiam. Videndum ergo, quomodo
id probet, & in quo similitudinem constituit.

XLV. Primò, inquit, §. 54. Sicut luna in principio mensis
exigua est, deinde paulatim crescit, donec plena & perfecta sit; Ita
Ecclesia in principio ortus sui, exiguum terræ locum occupabat, ac
postea ita crevit, ut tandem toto terrarum orbe diffunderetur. Si-
cias Augustinus in Psal. 103. circa illum versiculum: Fecit lunam in tem-
pore, ubi ait: Intelligimus spiritualiter Ecclesiam cœlum de mi-
nimo &c. Quando obscura erat Ecclesia? quando nondum appare-
bat &c. Modo quam cœlum est qui plena lunæ errat? Secundo. Si-
cias luna accipit lumen corporale à Sole; Ita Ecclesia accipit lumen fidei
ac Sanctitatis à Christo. Sic idem Augustinus in Psal. 10. Luna, in-
quit, intelligitur Ecclesia, quod suum lumen non habeat, sed ab unige-
nito.

tito Dei filio, qui multis locis in sanctis scripturis allegoricè Sol appellatus est, illustratur. Et Philo Episcopus Carpathius in *Canticum Canticorum*. Luna comparatur Ecclesia propterea, quod quicquid habet divini luminis, id à justitia Sole illo immobili atque divino accipit. Tertio. Sicut luna mutationi obnoxia est, ita etiam Ecclesia in hac vita. Nam aliquando fructus pace, aliquando patitur persecutio-nes, nunquam tamen deficit. Sic Ambrosius lib. 4. Hexametr. cap. 2. Ecclesia tempora sua habet persecutionis & pacis. Nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit; obumbrari potest, deficere non potest. In his ergo consistit similitudo inter lunam & Ecclesiam, non item in defensione. Nam Ecclesia nunquam deficit in fide; semper firma, stabilitate immobilitate est. Et ex hac parte non lunam, sed terram imitatur juxta illud Gregorij Magni in Psal. 5. pœnit. Ecclesia dicta est terra, quia in soliditate fidei, perpetua firmitate immobilitate per-severat.

XLVI. Verum quis non videt, Bceanum comparationem imperfectè, nempe tantum augmenti ratione, instituere, cum etiam ratione defectionis Ecclesia cum luna optimè comparetur, ut illud præstítit Ambrosius lib. 4. Hexametr. cap. 2. Et Ecclesia, inquit, tempora sua habet persecutionis ac pacis. Nam videatur sicut luna deficere, sed non deficit; obumbrari potest, deficere non potest; que aliquando quidem in persecutionibus discessione minuitur, in martyrum confessionibus impletur; & effusæ pro Christo sanguinis clarificata victoriis, majus devotionis sue & fidei toto orbe lumine effundat. Namque luna luminis mutationem habet, non corporis, quando per vices menstruas deponere videtur lumen suum, ut mutetur à sole. Orbis enim luna integer manet, et si non similiter totus, ut pars ejus effulgeat. Etrursus lib. 10. in Luc. cap. 21. sub tit. de signis adventus Domini. Quemadmodum menstruis cursibus luna, vel terra opposita, cum fuerit è regione Solis, evanescit, sic & sancta Ecclesia, cum lumini cœlesti virtus carnis obfuscat fulgorem divini luminis de Christi radiis non potest mutuari. Namque in persecutionibus lucem Dei solus plerumque amor vitae hu-jus excludit.

XLVII. Quod attinet §. 57. dicit Bceanus: Ecclesiam

C 2 neuti-

tiquam deficere in fide; id de tota & Catholica Ecclesia intelligendum est. Ut enim non deficit ita lux lunæ, ut planè non sit luna, sic neq; Ecclesia ita deficit, ut planè non sit corpus retinet; ut luna suum corpus; & ut luna suam ætheream naturam; sic Ecclesia suam spiritualem, quæ in fide consistit; non autem semper natura illa splendet, & in oculos incurrit. Quare ratione hujus externi splendoris, qui in visibili Ecclesia se exercitat, ipsa imitatur lunam, quatenus per vires ejus lumen augetur & minuitur; ut autem illa propterea nunquam interit; sic neque Ecclesia propter illas mutationes externas interire censenda est.

XLVIII. Tandem concludit Becanus §. 58. inquiens: Miror verè Adversarios, cur hanc unam similitudinem allegant in prajudicium Ecclesiae, que in favorem S. commendationem illius allegari poterant. Nam in scripturis & patribus, Ecclesia non solum luna per allegoriam vocata est; sed etiam Sol: Hortus conclusus. Fons signatus, parvus, columba speciosa, civitas Dei, terra viventium, mulier amicta sole. Regina in vestitu deaurato. Que omnia honorifica sunt. Si essent boni Ecclesia filii, meritò hos titulos sue matris tribuerent, & ab omnicalumniandi studio abstinerent. Nunc quia secus faciunt, inter eos computari debent, de quibus scriptum est. Isaie 12. Filios enutrivi & exaltavi; ipsi autem spreviverunt me.

XLIX. Primum singit Becanus causam mirationis, ubinulla est; proindeque Sophisticè ac dolosè agit. Allegamus enim hanc sententiam nequaquam in prajudicium Ecclesiae, sed potius in hunc finem, ne Ecclesia, cum pontificiis, plus tribuamus quam habet, & sic cum iisdem in conspectu Dei mentiamur. Neque enim hujus imbecillitatis confessio favorem & commendationem Ecclesiae minuit, sed potius & quidem coram Deo auget. Quamdiu enim Ecclesia hanc suam imbecillitatem agnoscit, deplorat, simulque omnem suam fiduciam in Deo reponit, & ab illo solo conservationem desiderat & petit; tamdiu in felicissimo statu est, & verè à Deo protegitur, & cum vera fide conservatur; quippe qui cor angustum & spiritum contritum non despicit, sed humilitatem ancillæ suæ respicit, Israel puerum suum, memor misericordiæ.

dia sua, suscipit, & esurientes implet bonis, & divites bonis.
operibus Pontificios & Pharisaeos dimittit inanes.

L. Esse multas alias allegorias & similitudines, quibus Ecclesia commendetur etiam in ipsa sacra scriptura, non imus inficias. Praefiguratur per civitatem sanctam Hierusalem Apocal. 21. v. 2. per hortum conclusum, & fontem signatum, Cantic. 4. v. 12. per vineam, Psal. 80. v. 9. Cant. 2. v. 15. Esa. 5. v. 2. seqq. Jerem. 2. v. 21. & cap. 12. v. 10. Matth. 20. v. 1. seqq. Apoc. 14. v. 15 per regnum cœlorum, Matth. 13. v. 1 &c. cap. 25. per columbam, Cantic. 6. v. 8. per lilia inter spinas, Cantic. 2. v. 2. Sic plures habet honorificos titulos allegoricos, vocatur amica Christi Cantic. 1. v. 14. corpus (mysticum) Christi Rom. 12. v. 5. i. Corinb. 10. v. 17. & cap. 12. v. 27. Ephes. 1. v. 22. 23. & cap. 4. v. 12. 16. & cap. 5. v. 23. Colossi. v. 18. 24. Domus Dei, i. Timoth. 3. v. 15. Hebr. 3. v. 3. 6. 1. Petr. 2. v. 5. cap. 4. v. 17. Immaculata, Cantic. 4. v. 7. Ephes. 5. v. 27. A Christo mundata, Ephes. 5. v. 26. Tit. 2. v. 14. Christo preciosa. Aitor. 20. v. 28. i. Petr. i. v. 18. Super Christum fundata. Esa. 28. v. 16. Psal. 1. 8. v. 22. Matth. 16. v. 18. cap. 21. v. 42. Luc. 20. v. 17. Aitor. 4. v. 11. i. Corinth. 3. v. 11. Sponsa Dei, Psal. 45. & 10. 11. 12. Ezech. 16. v. 8. Osi. 2. v. 19. Matth. 6. v. 15. 21. Corinth. 11. v. 2. Ephes. 5. v. 32. Apoc. 19. v. 7. cap. 21. v. 2. 9. Sanè hosce & similes titulos Ecclesiae, ab ipso Spiritu Sancto tributos, ipsi non denegamus, sed libenter ac reverenter tribuimus, quandiu Christum sponsum suum sequitur, & ejus vocem audit: Quando vero secus facit, non est ut miretur Jesuita, si eam lunæ similem dicamus.

L.F. Sic autem vult argumentari Becanus: I. Qui sunt boni Ecclesiae filii; illi hos enumeratos honoris titulos suæ matris, Ecclesiae, tribuunt; At Lutherani hos enumeratos honoris titulos Ecclesiae non tribuunt. Ergo Lutherani non sunt boni Ecclesiae filii. Deinde: Qui lunæ comparant Ecclesiam, illi ab omni calumniandi studio non abstinent: Lutherani illud faciunt: Ergo ab omni calumniandi studio non abstinent. Tertio: Qui hos enumeratos, & similes honoris titulos Ecclesiae non tribuunt, sed lunæ comparant, de illis scriptum est illud Eze. i. v. 2. Filios enarrativi & exaltavi, ipsi autem preverunt me; At qui Lutherani hos titulos Ecclesiae non tribuunt, sed lunæ

comparant; ergo de Lutheranis scriptum est illud *Esaie &c.*

LII. Respondemus ad primi syllogismi Minorem, illam negando. Quandoquidem contrarium jam modo probavimus, ac ooculariter demonstravimus. In secundo primum, negamus Majorem. Non enim calumniandi studio Ecclesiam lunæ comparamus, sed veritatis confitendæ amore, & quia scimus infirmitatem Ecclesiaz agnoscere, fateri ac deploare, gratum esse in auribus & oculis *Jehovæ*. Deinde ad Minorem dicimus, quod laboret fallacia à dicto secundum quid. Non enim comparamus illam tantum lunæ, sed sponsæ quoq; domui etiam, in qua habitet ipse Deus &c. sic multos alios honorificos titulos illi tribuimus, ut patet. In tertio argumento Major laborat vitio compositionis & divisionis: perperam enim hæc ita conjunguntur; honorificos titulos Ecclesiaz non tribuere, sed lunæ comparare. Nam qui primum non facit, ad illum quidem posset locus ex *Esaia* allegatus accommodari, nequam vero qui alterum facit. Nam qui lunæ Ecclesiam comparat, tantum abest, ut ejus honori detrahatur, ut potius quando hoc agnoscit, cultum Deo gratum & acceptum praestet. Ecclesia itaq; pontifica & Jesuitica, quia illam suam imbecillitatem non agnoscit, & lunæ comparari nequam paritur; sequitur quod Deo grata esse, & placere nullo modo possit. Minorem deinde simpliciter negamus, quippe qui utrumq; facimus, & Ecclesiaz suos honorificos titulos tribuimus, & ejus imbecillitatem, quam in terris hisce militans in carne sua secum circumfert, agnoscimus, conquerimur, & Deum invocamus, ut ipse suam Ecclesiam conservet, confortet ac corroboret; cum ex seipsâ, & à seipsâ nihil possit; sed omne auxilium ac sustentationem omne ad Deo suo speret & expectet.

LIII. Atq; sic luce meridianâ clarus lucet, *Becanum*, non argumenta proposuisse & objecisse, sed nugas meras; & quidem adeò jejunas ac vanas, ut vel tyro illas animadvertere, & quasi manibus palpare possit ejus affectatum sophisticandi studium, quo diversissimos confundit respectus, quorum ratione praedicata variare debent.

Ad Præstantissimum ac eruditissimum
Dn. Respondentem.

Non errare Papam, qui dixerit, errat ut
ipse;
Errat, & baud Solem dixerit esse Papam.
Error in errore est. Sole est erratile stella:
Et non erraret Sol Papa? stulte nega.

M. Nicolaus Pompejus,
Lusatus Golsensis.

Es te quidem CHRISTI dilecta Ecclesia
Sponsa, (cat.
Sæpeq; ceu plenâ Cynthia luce mi-
Aet velut ista suis maculis conspecta vide-
tur:

Sic Domini videoas vix sine labè gregem.
Olim labè carens omni super astra micabit
MARTIN OUT STEGI præsideritè tenes.

Casparus Leupoldt Spremberg à Lu-
fatus, S.S. Tebol. Stud.

SOLI DEO GLORIA.

99 A 6900

ULB Halle
002 622 092

3



SB

Rebro

VDT7





FarbKarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Blue

TI TERTII
in Confessionem

TIO XX.

inens

ARTICVLI VII.

Ecclesia,

pecie,

entis nostris po-

aminatis: quibus pro-

n errare posse:

osita

mia VVittebergensi,

S I D E

RTINI S.S. Th.

rimario, Facult. Theol.

li Arcis Præposito,

DENTE

O Straupizensi Lufato.

Collegii Veteris

Sept.

BERGÆ,

AUERBACH, Acad. Typogr.

DC XXX.

58

